

## INCIPIT LIBER X.

Nnus erat a Christo nato. MCCCC, cum iam principes electores incorrigibile cerneret Wentzlaū Bohemiam & suū regem, regno illū destituūt: sēpe cōmonitū a Summis pōtificibus, ab ipsis electoribus; priuatim ab amicis. Incredibile memoratu est, qua fuerit ignauia, quae solius uētris cura, qua leuitate, & ubi in ira excāduit, etiā qua crudelitate. Beluinā ferociā, & suillā inertiam, diuersis per tempora moribus preferebat. Ferunt inter proceres sēpe iactātem: si qñ cum exercitu peteret Italiā, adessetq; urbiū & agrorū stationibus, edicto prouisurū: ne quis uino noceret, ne inuaderet; capitale futurū, si quis iniussu eius, cellam uinariā inuaderet: ceterę omnes res militibus ad p̄dā essent expositę. Insignis nimirū, & rege digna cura. Cum iam ciuitates Imperij nouare sacramēta nouo regi iuberetur; soli Nurenbergenses pertinaciter inhērebant Wentzlaō, afferētes, se uiuēte regē suo nisi iussu eius, alteri non iuratuos; Cunq; grauius urgeretur, misere oratores: qui super ea re sententiā & nutū regis acciperet: offerentes aureorū uiginti milia, si illos absolueret. Ille contempto auro, mox absoluit: iubēs, ut optimi uini de Reno (Bacharachense uocat) aliquot plausta sibi mitterent; Ita summa illi de uino cura fuit. Hoc ergo rege per solēnem sententiā destituto: principes electores, omissa controuersia, quam de Sigismundo, & Iodoco habuissent, concorditer Robertum Bauariæ ducem, comitem Palatinum Reni, ad Imperiū prouehunt. Rex factus coronatur, ab Friderico Coloniensi archiepiscopo, ex more, Aquisgrani: Sed coronam Imperij Rome sumere non properauit, propter ecclesię scisma. Tum uero sub eodem Wentzlaō, iam deposito, coaluit illa foedissima lues Hussitarum, per Pragam primū: inde diffusa per omne regnum: quā Wentzlaus extinguere in stirpe non curauit: fratri Sigismundo iam adultā reliquit: quae necdum, permittente Deo, est extirpata. Initū eius, simultas scholasticorum fuit. Nam cum Imperator Karolus, publicū Pragæ gymnasium collocasset; idq; summa cura ad bonū modū prouexisset: cum esset Imperator in tantis reipublice curis maximo affectu deditus literis: aderat aliq; disputatib; in philosophia magistris; & capt⁹ altercationis dulcedine, permāsit auscultās in quartā horā. Cum ab aulicis admoneret, esse iam dum coenē tēpus, q; fastidio premerent rixosarū disputationū: Ille respondit: uos coenā queritote: iste me⁹ cibus: audire de literis, exuperat omne ciborum desyderiū. In hoc gymnasio, cum Teutouici Bohemis proualuisse uidebātur: indoluere Bohemī, q; ab aduenis authoritate, in sua supera ren̄ urbe. Ex quib⁹ quidā, iam antea in Angliā studio literarū peregrinatus, Oxouię incubuit literis: Ibiq; Iohānis Wiclef, pernicioſſimi heretici librū, qui inscribit, De uniuersalib⁹ realibus, cōparauit: in quo de iure diuino, ecclesiastico, & ciuili, dec̄ ecclesia, & clero, multa perfidissime difſerunt. Hunc uelut theſaurū Pragę intulit; amicis solis cōmunē fecit: & ex

Wnetzlaus  
deponitur.Beluinā fero  
cia & suilla  
inertia.Nurebergē  
ses wētzlao  
fideles.Vinū Bachē  
rachi.Electio Ro  
berti regis.Hussitarū se  
cta iualescit.

Heresis iūtiū

Sigismundus  
amatōr liter  
arum.Teutonici  
Bohemis i  
literis proua  
luere.

eo sumptis sue perfidiæ argumentis; Bohemii Teutones quotidie magis ac magis fatigarunt: impetraruntq; a Wentzlao rege, moribus suis congruentissimo: ut in morem scholæ Parisiensis, ea quoq; gubernetur. Quo impetrato Teutones a gubernaculis exclusere. Multe interea contentiones, multa cōuicia, & inter iuuenes aliquādo homicidia siebāt: ad omnia dissimulante ignauissimo rege. Teutones, ubi quid ageretur, intellexere: iam apud nonnullos principes & prelatos, rem detexerunt: locumq; sibi parauerant, interposito iuramento, super unanimitate: supra duo milia uno die abierunt, trium dierum itinere pergentes, Lipsensem scholam, iam impetrato priuilegio erexerūt. Bohemii iam in urbe sua soli, quod uoluere, manentes: uenena sua iam libere, nullo reclamante, seu reclamare audēte, disseminauerunt.

CA. II.

Exclusi Teu  
tonici.Teutones e  
Praga mis  
grarunt.Stemata Io.  
Hus.Wiclef do  
ctrina.Cremati pu  
blice libri  
Wicla.Errores Wic  
lefi & Hus  
itarum.Archieps nō  
adiuuatur a  
rege.Error de ca  
lice.

Ohannes Hus in hac hæresi primus emicuit: uir obscuru loco natu, ex uilla Hus, quod anserē sonat, cognomen mutuatus. Hic, cum esset peracri ingenio, & lingua satis disertus, multūq; dialecticis uteretur, & peregrinis opinionib; delectaretur: aude admodū Wiclefistarum doctrinā arripiuit: eaq; primū (quod dixim<sup>2</sup>) Teutonicos magistros uexare cœpit: sperans per eam occasionē Teutonicos scholam relicturos. Vbi iam soli Bohemii, pulsis Teutonib;, rem egerunt: laxatis habenis, Iohannes Hus in populū disseminat zizania sua: Iohannē Wiclef efferens in sermonib; ad populū: afferens se, cum ex hac luce migraret, in eum cupere locum peruenire, quem Wiclef teneret: homo perniciosissime hæresis: cuius libri Londonijs, ab archiepiscopo Cantuariensi, & plurib; episcopis, prælatis, & doctissimis, ex omni Anglia regno igne cōsumpti, quadragintaquatuor articulis in eo deprehensis. Huius nūc hæresim Bohemii renouarūt: quorū eniōres hi fuere potissimi: Papam ceteris esse parentem episcopis, Purgatoriū ignem nullum esse. Vanū orare pro mortuis, & auariciæ sacerdotalis inuentum. Dei & Sanctorum delendas imagines. Mendicatiū religiones malos demones inuenisse. Sacerdotes paupertatem seruare, solis elemosynis uiuere decere, & oportere. Auricularē confessionem nugacem esse: Sufficere sua quēq; Deo in cubiculo cordis confessari peccata. Coemiteriorū inanē usum. Sacerdotē quocūq; loco Christi sacrum corpus conficere. In canonicis horis frustra teri tempora. Ieiunijs ab ecclesia institutis, nihil inesse meriti. His atq; alijs errorib; per dies magis, atq; magis insorduerūt. Archiepiscopus Pragensis, uir bonus, obuiam initio reb; malis ire contendit: sed dum a rege nō adiuuatur, oneri impar fuit. Serpebat in diem malū uehementius: populū ac terrā omnē uehementer infecit. Eiectus urbe Hus, in uilla originis sue, protegēte se loci dñi, quē sibi deuinxerat, maximos agebat cōuentus: multos suos disseminabat errores. Sed necdum de calice uerbū: donec Petr<sup>o</sup> Dresensis, ex Misna reuerius Pragā, hereticos admoneret. Letati illi inuētū esse articulum, quē Euangelico testimonio tuerent. Illum igitur deinceps inter primos habebant. Wentzlaus ad omnia desedit. Sigismundus Turcis implitus, initio curare non potuit: nam nīmū deinde inualuerūt.

III.

LIBRI X. CA. III. ET III.

Er id tempus, cum Lubicenses impignorata a ducib<sup>9</sup> Saxonie testarentur arcem Bergerdorp, cū suis attinetis: imposito uiro militari Ottone de Ritzerow, custodiam eius permisere, qui fidelitatis iumentū & castrensem (quā uocant) fidem illis exhibuisset. Sedebat ille in arce, nihil de quoq<sup>z</sup> mali suspicatus: cum esset nihil quod appareret hosti litatis, inter Saxonię ducem & ciuitatem Lubensem. Ericus iunior dux Saxonie, cum esset in opido memorato: Ottone arcis custode deuocatuit: sermonēq<sup>z</sup> contulit cū illo familiariter: quid in arce ageret, quidue illi operis esset perq<sup>z</sup> dulciter percuntatur: & inter loquendū cum illo arcem petit ascendens. Nemo illi portas habere clausas putabat necessariū: Pign<sup>9</sup> erat Lubicensiū: nihil erat in medio dissensionis. Sequuti sunt ducē aliquot ex famulis: ut Ottone facile superiores viribus essent. Cum iam starēt in arce, dux cōuersus in Ottone. Istud, inquit, patrimoniuū meū est: quod hacten<sup>9</sup> seruasti: mihi deinceps seruādum linque: tu quo uis abire potes. Tum ille stupefact<sup>9</sup> Nō hoc inquit ex animo dictū accipio. Ille uero, audis, inquit, quid tibi dico: Abi quo libet: Ista ad me arx pertinebit: a me seruabitur. Cōfusus ille ac totus in se deiecit<sup>9</sup>, quo se uerteret nesciebat: precatur, obseruat, per quicquid est sanctū orat, ne se patia<sup>f</sup> de perfidia notari. Nihil mo<sup>u</sup>et princeps: abit tristis: & Lubicā protin<sup>9</sup> ingredit<sup>9</sup>, facilitatē suā accusans se suac<sup>z</sup> omnia Lubicēsibus p̄mittit: deceptū se, nulla usum fraude. Quid sacerēt: Iubent, prestita fide, hospitio immorari. Ille autem melācholia in immensum uexatus & tortus, breui morte obiit: Dux occupatam arcem, quaqua fide tenuit, seruauit, inde non amico in ciues animo, quos ipse pri or iniurijs affecerat, permansit: cum rem pignoratam non soluta pecunia per insidias intercoepisset. Sed cum ipsi Lubicēs perfidiam, multis literis apud principes accusasset: erant qui illum grauius increparent, q<sup>z</sup> fidem & integritatem suam, mala fraude temerasset, fcedassetq<sup>z</sup>: Efficiūq<sup>z</sup> est, ut pecunia quam de hoc pignore desumpsit, cumularetur ei summe, quam de opido. Molne pignorato similiter deberet: ut in luitione eius pignoris, utracq<sup>z</sup> pecunia numeraret. Hoc peracto, tenuit arcem, donec illa per arma adimeretur: quod suo tempore dicetur.

CA. III.

Rādēburgēsem Marchiā, tū tenuit Wilhelm<sup>9</sup> monoculus Misnē b Marchio, qui fratrē haberet Baltazar (Lantgrauū uocāt, comitē pruinciale dicerēt Latini) Terti<sup>9</sup> ei<sup>9</sup> generis frater erat Fridericus qui solus reliquit prolem masculā. Nam fratres duo sine legitimo herede decesserāt. Fridericus aut̄ reliquit filios Fridericū, Wilhelmuū, Georgiū: a quibus deinceps magna nobilitas prouenit. Interea in Bohemia, Johānes Hus, & Hieronym<sup>9</sup> ei<sup>9</sup> discipulus, doctrina & lingua magistrū exuperās: factionem suā miris modis adauxerūt. Cum ergo Pragenses in urbe nouā haussissent calicem uertiginis huius: tumultuatū est, & in urbē ueterē de cursu populariter. Concilium publicū iam erat congregatum, tractans, quomō his malis obuiaretur. Cum increbesceret tumult<sup>9</sup> irruentiū de ciuitate noua: dilapsi qua quisq<sup>z</sup> poterāt: septem reperti ex patribus fenestrīs precipitabant. Principes Misnēses primi ad arma uersi; tātam ecclesiastice

Circuētio  
cauenda.

Deceptus  
se excusat.

Transactio.

Nouitas in  
Bohēmia.

principitatur  
patrib<sup>9</sup> ex fe  
nestra.

# LIBRI X. CA. III. ET V.

Praga obsi-  
detur.

CCCC. Iā,  
ceae in Lubi-  
censes.

Fuga saluāt-  
inimici.

Cometes.

Tamerlanes  
victoriosus.

Incendit tēs-  
plum.

Saldan⁹ tēs-  
butarius.

Tyranni.

Tamerlanis  
excellētia.

unionis iniuriam vindicare statuerūt, Wilhelm⁹ ipse accitis in belli societatem ex fratre Friderico nepotibus, duxit in Pragam: obseditq; urbem aliquādiu, & omnia in circuitu vastās, magis ostendit quid sentiret q̄ efficeret quod uellet. Quo tempore Bernaim dux de W olgasto, iunctus Baltasar dño Wandalig, auctiore illum fecit & animosiorē, in hostes suos, Lubicenses. Quadringētis enim lanceis progressi, annisi sunt urbem Lubicam territare. Ductorem habuere quēdam, qui stipendiū aliqñ equestre Lubice fecisset, dimissus ob improbitatē. Is itinerū gnar⁹, tum principes ductabant. Ingressi sunt aut per vias ignotas, quas nemo suspicaretur. Ciues autem animo & armis fidentes, ad signū campanę ad arma uocati, quotquot poterāt in equis: ceteri pedites magno agmine prodierūt. Prima illis cura obseruare locū, illumq; firmare quo hostes ingressi: tum ceteris oportunis presidiū immittere. Quo cōstituto fidētiores, ducūt in aduersum hostem. Principes manum cernētes, cui impares essent, retro abidere. Non ausi manus cōferrere: locum quærūt quem introibāt. Cuncq; illum septū uiderent presidio, recta cōtēdūt in Louēborg: Ericum ducē, quē scierāt Lubicensibus esse obliquo intuitu, orātes: ut per sua claustra emitteret. Non grauante ille facit quod rogatur, q̄ & principibus prompte cōsuleret, & non amico esset animo in uicinos ciues. Ita manus insequētum ciuiū tum euasere. Multos tñ ex itinere amisere: multa incursantes, ex insidijs diripiētes, abstulerē. Cometes per ea tēpora in quadragesima toto fere mēse terruit orbem, cum primus ageret, post mille quadrängentos, annus. Sequitē sunt multorum principū neces & mala in orbe plurima: que solet crinita stella cum cōnīctur, omniū iudicio doctiorum portendere.

C A. V.

Amerlanes per ea tempora Tartarorū duxor, maximas res gessit in regnis orientis. Cōgressus Turcorū Imperatori, magno prelio uictor, illum capit: & inclusum cauea, uelut feram circūducit. Damascum, urbē Syrię prēpotentē, cōpīt, diripuit. Omniū artium prēciuos in ea magistros, utriusq; sexus, traduxit in urbem suę gentis: quam de parua amplificauit: ut esset nomē suum in ea. Cūq; sectā Mahumeti ipse probaret: quingētos tñ sacerdotes ei⁹ gentis, cōfugiētes in mesquitam eius urbis, incenso templo cōcremauit: dictitās se missum a deo vindicem in Saracenos & Christianos, suę cuiuscq; legis uiolatores & prēvaricatores. Hierosolymā expugnare cōtendit: sed cum bruci & ceterę muscę exercitū eius uexarēt: admonitū se interpretatur a deo ea re temperare. Saldanū Babylo nis ad tributa coēgit. Rediens ergo per Persidem: duxit Susam, & omnes eius regionis clarissimas urbes posuit in direptionē suis. Ita per uices succrescunt, qui secula terreant. Sic dispensat ille magnus arbiter orbis. Talis fuit, ut ad uetera redeam⁹, magn⁹ ille Nabugodonosor, Cyrus, & Alexander Macedo: inter Romanos Iulius Cēsar: & ut multa trāsiliam⁹, talis fuit ante aliqt secula, in gēte Mahumetica Saladinus, & nūc uindex orbis terrarū iste Tamerlanes. Sic admonet, per quem reges regnāt, & potētes iusta decernūt. Prētereo multa fabulosa de hoc fortissimo principe. Hoc solum dico; non esse inuentū alium ab aliquot seculis, in ulla gēte ducē: qui paria,

LIBRI X. CA. VI. ET VII.

aut plura, aut maiora, tam breui pfecterit. Fœlix, heu nimiū fœlix: si in uia  
ueritatis, & zelo iusticie tantos pro uero deo labores exanclasset. Nūc ue  
ro copiosam ille receperit, quā querebat mercedem, mudi gloriā, & hec in  
terim pars eius. Cuius successus, quia in Hierosolyma scripsit nuper Seba  
stianus Brant: multorum preterea aliorū cōmemoratione res peracta est.  
& nostris aena institutis, transeatur.

CA. VI.

Rant per id tempus, ex Vitalianis, aut aliude gregati pyrate: qui  
e obseruauere in mari Britānico, transeūtes ex Anglia mercatores.

Iam uero Hāburgenses, ea de re premoniti, nōnullos etiam ipsi  
in onerarijs nauib⁹ duxere satellites: ut incolimi a pyratis nanigatione, su  
as per mare merces deduceret. Variam uaccam dixerūt nauim, que pro Hā  
burgēsibus pugnabat. Cum aut ad ostia Albis obseruarēt, excubarentq;  
pyrati, sub insula Saxonū (sic enim appellat Ptolomeus: nostri sacram uo  
cant terram) cōgressi sunt pyratis, & diu pugnātes, supra quadraginta ce  
ciderunt ex pyratis. Qui remāsere capti numero septuaginta, quorū primi  
pilarij Wicmānius & Nicolaus Stortebeker, Hāburgum perducti, publi  
co celi gladio, pœnas dederunt. Regressi in mare īdem Hāburgenses, ali  
am manū eiusdē gētis sunt experti. Preerat Gotfridus Michaelis & Wic  
boldus, ut ferebāt, bonis litteris instruct⁹, artium magister ferebatur. Cō  
gressione facta capiūtur ad octuaginta: Simili cum priorib⁹ exitū, iudicio  
publico cōuicti cedūtur gladio: capitibus fixis ad maris ingressum. Attu  
lerant hi diuī martyris Vincētiū saceras reliquias: quas littora Hispaniarum  
predādo, tñdecunq; cum cetera pœda intulerat: nisi martyris diuī patroci  
nio, incolumē habere nauigationē, q; eius ductū uictores essent in omni  
pyratica. Sed sanctus ille tam diu tutatus est: quoad superueniret, qui di  
gnam pœdonib⁹ mercedē redderet, nam solutis quas debebāt legibus pœ  
nis: poterat a deo misericordiā impetrare. Inter multa aut eius turbis pœ  
ra facinora, hoc uel pœcipuum est: ut incredibili odio habitatores eius inse  
ctentur pyraticā. Quippe nauticus populis, nisi incolumē per maria inue  
niat nauigationē, questu suo magna ex parte frateratur: quo circa armis in  
sequitur mare tenentes infestum.

CA. VII.

Ericus interim dominus Stargardie, assiduis cōficationib⁹ ur  
gebat Marchiā, q; multa, que suę ditionis crederent, marchiones  
possideret. Sciebat illo tempore marchionē alijs implicitū bellis,  
minus posse tutari uicina sibi loca. Vnde factū est: ut opidum Vredeland,  
utriq; ditioni cōfine, obsidens, oppugnaret. Ciues q; ad poterat restitere: ut  
fidē dñō suo iuramat impleret. Sed dum ille fortior imminet, q; possent illi  
hostē propulsare, murū ascēdens, capit: Inductū exercitū suū, iussit omnia  
que reperta essent diripere: pœdāq; exportata, incenso opido, partit inter  
militates. Usus aut uictorię cursu, rursus duxit in opidum Strutzeburgū,  
eiusdem ditionis: non minore intentat sœ uitia, nam captum opidū militi  
bus in direptionem permisit: expoliatiq; incendit. Ea cum rescisset mar  
chio, ultionem in oportunū tempus distulit. Qua etiam tempestate, cum  
tertius ageretur eius seculi ann⁹: ciues Magdeburgenses in clerū sequerūt̄

Sebastianus  
Brant

Insula Saxon  
num.

Pyrati cedū  
tur gladio:

Alli pyrati  
gladio casti:

Hāburgenses  
odiūt pyrat  
icam.

Vredelare  
opidum im  
pugnatur:

Strutzebur  
gū diripiſt̄

occasione, utinā nō friuola, sumpta de moneta; de qua non satis inter clerū ac populū cōuenit: cum ex sentētia pontificis sui, cui popul⁹ reniteretur, clerūs penderet. Eiecti urbe profugerūt, quo quisq; poterat, maiores cum minoribus. Duorū ex canoniciis curiē, quōs in omni causa suspectiores habebant, direpte incēsq; cōflagrarūt. Exportarūt aut̄ omnia, etiā preciosa ornamēta, quē ad cultū sacrorū pertinerēt: cum acriorē ciuium insolentiā, quem tum euenit, prospicerēt. Per idem tempus, Margareta trium regnorū aquilonariū potens regina: iuuēt, qui forma corporis & etate, uero filio eius, non dispar uideret; cum secretissima queq; & que nō solēt, nisi inter matrē & filiū constare signa, prodidisset, instructū ab Olaui filij nutrice, q̄ se filium ei⁹ simularet; ipsa mortis filij certissima, cōuictū de falsitate, in Falsterboden iussit cōcremari, non multo dissimilis res ante tēpora aliquot prouenit in Flādria, de sene: qui se Balduinū quōdam comitē, & deinde Constantinopolitanū cōfingeret Imperatorē: multisq; principib⁹ fidē faceret. Veram ueri Balduini filiā fallere non potuit: que deprehēta falsitate, apud Insulam prēclarū opidum, iussit de eo supplicium sumi suspēdio. Ita est exi-  
tus dignus falsiorum inuentis.

## C A. VIII.

Cler⁹ Magdeburg⁹ exul.

Simulator  
crematur.

Ali⁹ simula-  
tor perit.

Hypocrita  
Lubicæ.

Tentat mas-  
tronas.

Cōuincitur  
de hæresi.

Relapsus cre-  
matur.

Eques aura-  
tus suspēsus

Enerat Lubicam ea tempestate, Wilhem⁹ quidam homo cādida-  
u ueste indutus, abstinentiē & signis austерitatis in poenitentia uultū preferens: quo multos in opinione suę sanctitatis induxerat, latuit aliquādiu uulpin⁹ animus, in ouina pelle: sed diu nequicia tegi non potuit. Prodidit se ad foeminas, quib⁹ de sua sanctitate persuasissime uidebatur: nam illas ad impudiciciā, uarijs modis, pertētauuit. Qui rumor ubi primū inter foeminas percrebuit, ad uiros perducitur. Illi cōperta nequicia ridiculi homiuis: ad inquisitorē hereseos pertrahūt. Erat ex fratrib⁹ in theologia magister, qui etiā doctus putaretur qui inquisitionis demandatū sibi ferebat negociū. Ille primū in abdito pertentauit hominem: & ubi reperit de quibusdam uacillātem, pertractū in publicū, de multiplici hæresi cōuicit. Mosti nimirū capitū hominē: sed in quo frater ille festam ostentationē ficeret, Cōuictum iudicialiter hereticum, carceri condemnauit. Conuerisionis sue promissionē fecit, & inde, accēpta de more in ueste cruce, ad peragēdam aliquādiu in carcere poenitētiā, includitur: Inde post aliquot dies, si ples-  
ne cōuerisionis spes esset, emittēdus. Sed ubi primū uenit in carcerē, uidentibus carcerarijs, crucē abruptit, pedibusq; deiectā, per cōtumeliā cōculcauit. Hoc cum inquisitori renunciaretur, productū e carcere tanq; relabētē in pristinos errores, tradidit curiē seculari: a qua igni cōcrematus est. Ego non sani cerebri hominem arbitror extitisse, q̄ etate nostra simile aliquid compertum sit. Alioqui, si pertinaciter hæresim defendisset, quid sibi uoluisset cōtumelia crucis: quam etiam heretici omnes uenerātur. Magis ergo a melācholia, q̄ spontaneo errore, aut pertinaci opinione, illos crediderim delirasse. Et ne mōstris aliquid desit, Wismarienses ciues per ea tempora, militē quēdam auratū Magnopolēsem, q̄ ciuis cuiusdam uxorem rapuit, et, non repugnātem, suspendio necarūt; aurato militi sortem insolitā. Albertus rex neq; precibus nec minis potuit inflectere uiros; ut illi iudicium

## LIERI X. CA. VIII. ET X.

de suo milite permitteret, indurauit eos quod mundum muliebrem, auricq; & argenti plurimam supellecile, cum muliere deprehendissent apud illum. Poterat ille de raptu foemine iudicari; sed illa non furti; sed rerum amotarum fuit actio impeteda. Hoc etiam anno, clerus Magdeburgensis, quem diximus ex actu urbe, a populo recipitur cum honore, refusis damnis: que ad iuris formam, prestito sacramento, se assereret, per fugam amisisse. Nam de uiris decem me tu, notoria res erat, nec negare poterant.

## CA. VIII.

Am per Wandalicas uibus diffusa erat uenena sacrilegarum heresum que se paulatim ostendere, atque prodere coepiunt, ad multorum perniciem. Iam hoste maligno vindicante, quod dudum pulsus his regionibus, fidei catholice cedere cogeretur. Sundis repertus est presbyter, qui pertinaciter errores noxios tueretur ab inquisitore conuictus, monitusque ut resipiceret in errore perdurauit. Quocirca curie traditus seculari, poenas dedit per ignem: antea ad iuris normulam degradatus. Rostockij inde competa est mulier simili pertinacia, in erroribus indurata: & cum nequaquam resipiceret, igni concremada datur. Iam stabat supplicio proxima ad ignem: cum filius eius frater ordinis Cisterciensis, cum lachrymis & singultibus matrem moneret, rogarerat, & obsecraret; ne se temporali & aeterno traderet incendio: resipiscens dum tempore sit. Indignabunda in eum mulier respiciens toruis oculis: Abi, inquit deterrime mortalium: nunquam tu hoc utero portatus, his es lactatus mamillis, pro uero suppositus adulterinus. Sic etiam suos diabolus martyres, ad supplicia fortes facit. Abiit ille tristis, & lachrymis infusus. Illa igni iniecta concremat. Et ne uicina Wismaria felicius ageret, compertus transiens idem inquisitor, Bernardus quemdam socium Lubicanus Wilhelmi: eadem uanitate pertinaciter deliratum, ut quondam ille. Monitum, conuictum, damnatum, nihil emendatum, iussit curie prouenire seculari: que illi digno consumpsit exitio concrematum. Annus iam agebatur in novo seculo quartus, cum per occasionem quam in Saxonia diximus, Gerhardus Sleswici dux, Holsatiensis comes, in Thietmarsos duxit: quod contumelias scriptorum, illum fidefragum appellassent: qua etiam veterum simultatum recordatus, simul etiam antiquae in gente patrum suorum memoria, subiectio recordatio excitabatur. Sed insolentia suorum, ultra quam debuenter sequentium: indigenas fecit concurrere: ut egressurum per angustias ducere, cum suis pene omnibus, ad internacionem cederet: paucis elaborebus: quod temporum tam ratione habentes, admonemus lectorem. In Saxonia reperiet, qui uolet explicitum.

## CA. X.

Altasar Laurentij filius, Wandalicus princeps, nondum pacato erat in Lubices animo. Recruduit memoria, quia perdurauit causa controversiarum. Duabus ante hoc uicibus, quod ante commemorauimus, ausus propinquaque urbis uastare, etiam iumenta abegit: quod unum est promptissimum militie genere in nostratis. Indoluere ciues de repetita iniuria: & cum non alia spes esset iusticie ex eo consequenda: armis vindicare constituunt iniuriam. Ulricum Stargardie principem interpellat: ut permisso illis ad tempus in hostem opido Sterneberg, castra ibi sua figerent. Quo impetrato, duxere in principem memoratum. Opido Parchim, quod hosti pareret cum

Clerus redit  
Magdeburgum.

Sundis probatur  
haereticus.

Mulier here  
tica.

Responsio  
notanda.

Wismariae  
alius hereticus.

Sleswici  
dux in Thiet  
marsos.

Creditur dux  
cum suis.

Lubice in  
principem  
Wandalorum.

# LIBRI X. • CA. X. ET XI.

Lub. agros  
prædatur.

Lub. uictos  
res reducunt  
exercitum.

Casus memo  
randus & mi  
serandus Wis  
mariæ

Pastor male  
clarus.

Ob sumptuo  
sas exequias  
magnū ma  
lum.

Nomen pa  
storis.

agmine Lubicēses propinquāt; iumenta abigūt, prēdam per agros omnes cōuectāt: Igne & ferro cūcta foedātes. Inde mouerūt in locū, quē uberte glebe, uillarū frequētia, hortum uocāt rosarū; eum similī uaſtitate defor mant. Nec eo cōtentī, in opidum Gustrow, agmina sua cōuertunt; etiam obsidioni, apparatū facientes. Quod ubi Baltasar uidit, cōmonit⁹ malis su orum: submisit amicos, qui treugas interponerēt, temporaq; cōſtituerēt, rebus omnibus ad liquidū cōponendis. Ea re patrata ciues uictorē reducūt in urbē exercitum. Cum uero septim⁹ ageretur eiusdem ann⁹ ſeculi Albertus Suecī rex, dux Magnopolēsis, rebus excessit humanis in ſenectute bona: relicto ex ſe Alberto filio ex ſecundo matrimonio; cum Iohānes fratri elis, ex Magno regis fratre ſupereret. Hi duo principes Magnopolim ex equo diuiferūt: ſed maritimās urbes Rostockiū atq; Wismariā, pro indi uis tenuerūt: quod lex reputat pro diuiduo poffidere, cum rem communem duo tenent. Terribilis tum, & nouitate ſua ſingularis caſus, priuatam Wismarię domū euertit. Faber erat lignari⁹ in ea urbe, qui per interualla miserabili frenesi uexaretur: correptus aliquā furore, ubi ſtabat in ſolito la bore, ſecurim prehendit, domum repetit, liberos duos per medium ſecuit: tertium cum simili furia eſſet cōſumptur⁹, mater iam pregnās, cum eiulatu mifero, uirum a tergo cōprehēdit. Ille ulnis ſcenī excuſſus, in eam uertit iectum, ſternēs uno imperu duos. Ita cruentus prodiit in publicū, laboris ſocios, quo reliquit loco, adit: Rogatus ab illis, quid ita cruentus uideretur: horrore uerbi cōpīt rēp̄iſcere: & in ſe reuersus, recordat quid fecerit, do mum illico repetit: ſparſos uidit paruulos, & in medio matrē, crudeliter cōfectos. Territus ſuo facto, cultrū proprio ſuo defixit in pectore. Quid hoc parricidio horredius: quid miſerabilis potest excogitari: Miſerum per fu rorem ita primū in affectos: demum per horrorem, in ſeipſum deſeuiffe. Su perat ea tragedia Medeae fabellas.

CA. XI.

Vndensis urbs in ſolo Wandalorū, inſigni per hec tēpora facino re male inclaruit. Pastor, qui per omnes ecclesiās in ea urbe unus eſt, ciues non ſatis ad iura ecclie obſecūdarūt; oblationes immi nuerunt: excuſſo numiſmate minuto cupreo. Ferunt aliquāto tempore col lectum a pastore, in fusilem ollam uerſum qui pro documento ſtabat diu post ea tempora. Concilium urbis publicum (cōſulatum uocāt) etiā rati nem facti prætēdere uidebatur: ne cōmunitas ſumptuosis funerationibus grauaretur. Nullum enim finē faciebāt, ſemper cōfūcētib⁹ exequiar⁹ pom posis ſumptib⁹: cum alter ſemper alterū exuperare contenderet. Pastor uir genere militaris, animo ferocior, q̄ sacerdoti cōueniret; cum imminutionē ſui iuris, & ecclieſtice cōſuetudinis, non pateretur nec monitionib⁹ profi ceret: urbe egressus, cōpīt militari manu iniuriā ſuam & ecclieſi iura uiu dicare: incēdijs, rapinis & uafationib⁹ omnia cōplēs, immo ſeedās. Audi ta ferūt nōnulla a quibusdā ex clero in urbe probroſa, que populu inflam marent: cum incenſe uille urbis flāmis collucerent. Reperit Cōradus Bo now (id enim pastori nomē erat) extra urbē nōnullos ex ciuibus, cum ho ſtiliter adequatasset, facultate pauperes, officio baiulos operi ſuo pro mer

## LIBRI X. CA. XI. TE XII.

cede instantes. In eos inuestitus, non militariter, minus sacerdotaliter, crudelissime sequitur. Truncatis manibus & pedibus, in cruento palpantes miseris reliquit. Mouisset sequitia feras beluas. Populus ea re instinctus, uertitur in tumultu: sed ante omnes baiuli, qui socios sui laboris pertinaciū uincidarebant. Omnis in urbe clerus una cogit in domū. Propositum erat, incensa domo, una omnes cōcremare. Sed uisum est crudele precepserunt consilium: quod multi innoxii, multi ciuiū filii, propinqūti, affines, inessent, ac fratres. Extra etiū omniū ex numero tres, ecclesiarū trium rectores: qui excitato medio in foro igni, iniecti sunt. Triste innoxiorū supplicium, & crudele populi factū. Ex his audita ferebāt probrofa cum arderet uille. Nam dixisse quēdam ferunt. Ecce collucet cerei funerales. In baiulos reuictū ceteri hanc sequitiā. Mox ob horrō crudelis particidij, Zwerinensis episcopū urbi sacris interdicit. diu pertinaciter tulere pœnam. Sed cum supplicē nunciū Romā mitterent ueniam postulantes: papa mittit ex fratribus predicatorib⁹, cum facultate audiendi: pœnitētiā pro qualitate facti, cuique imponēdi, & demū reconciliandi; int̄ sacris restitutis, cōmunioni Christianę urbs cum ciuib⁹ reddeatur. Grandis pro magnitudine facinoris indicta est satisfactionis, episcop⁹ post eam diē, nunq̄ in ea urbe diuinū peregit officiū. Inscripta est memoria satisfactionis testudini cathedralis ecclesie Zwerinensis: ut ab omnib⁹ perlegatur in populi cōtumeliam. Execranda nimirū res, & que de populū temeritate & pastoris sequitiae in id crudelitatis exarsit.

CA. XII.

Vm aut̄ ageretur annus octau⁹, eius a Christo nato seculi: Lubicae censis ciuitas graue perpessa est cōmōtionem, tumultuāte plebe in senatum, quod exactiōnib⁹ & nouis impositionib⁹ grauari uidentur, collectis dari solitis, tum adiunctis: quod magnum es ciuitas ipsa debet, nec posset emergere, nisi ciuiū auxilio prouetus augeretur. Inerat in ea ciuium cōmunitate nonnulli, magistratus gerendi, & coi. cilij publici supermodum cupidi: qui plebem insulsam inflāmarēnt, a senatu rationē & calculū rerum ab aliquot annis deposcere. Urgebat plebs clamoribus: minitari, tumultuari, & incertis affectib⁹ ferri cōperūt: nesciētes quid mallēt: nostrarum rerū cupidi uidebāt. Alij, aliud depositentes. Erat miserabilis status ciuitatis: cum sine ordine cuncta gereretur, sine formidine, sine honesti respectu, licere omnia in perturbata ciuitate uidēbāt. Instabat tñ, rationē impēsum erat excipiēdo Imperatori: quod necdū solutū esset: gradī accessit in novo fossato magnis sumptibus facto. Potuere illi quidē posse omniū iustam rationē, habita temporū cōsideratione, & causarum que interuenerat: que, p̄ximis annis urbi ad grauissimas impēsas excreuerat: Sed gnōciosum erat exēpli, tumultibus urgere senatū ad omnia. Simul & hoc p̄spiciebat, nulla modesta ratione placari populū potuisse: qui siue libidini studeret, cupidus rerū nouari: Accessit, non expedire, in uulgas proferre omnia, que a tam honesto concilio gererentur: Vbi nullis rebus conquiescere, aut sedari tumultus poterat: sed etiā in diem est uisus augescere, senatus maxima pars sibi suisq̄ consulēns, cum cognatione proxima, baiulos operari.

Cruel p̄bri

Crudele propositum.

Tres p̄bri  
cremati.Pœnitentia  
scripta in ce  
studine.Tumultus  
Lubicæ.Plebs petie  
calculū a Se  
natū.Malū exēpli  
urgere senatū.

pariter & affectibus, loco cesserunt: Luneburgo atque Hamburgo uicinis urbibus hospitaliter excepti. Permisit earum memoria familiarium, que tum urbe excesserant: Nam post redditum, qui in octauum annum differebatur, foemine redeuntium uxores, & ex his progenite, in testimonium auctioris honestatis, capitibus integrum, discriminem etiam hodie preferunt: in communione surgente capitibus uelam. Id pulchrum uisum foeminis, usque hodie in ea urbe conseruatur: Seruabiturque diu. Domicelle uideri uolunt, pre ceteris, non ipsis familiis prodeuntibus: contemnuntque se ceteras: Sed foemine honestati in pluribus defertur.

CA: XIII.

VI remansere in urbe consulares, uix quarta totius pars (nam & opulenteriores, & veterum familiarium viri, cum uxoribus & propinquis exibant) domibus suis sua sponte inclusi: nunquam in publico:

nunquam sunt uisi in praetorio. Ciues tumultuationis principes, & qui ad gubernacula uehemeter aspirabat, uocata cetera plebis multitudine, consilium insibant de agendis. Visum est aduocare loci episcopum, & testimonium sumere sedium uacuatorum: ut eius uelut authoritate, nouum uideant creasse consilium. Vocatus ille uenire non recusauit: si forte placare posset humili & modesta ratione tumultuantes. Veniens deduxit secum ex prelatis ecclesie suae quos maxime iudicauit populares. Circumstant ciues, tumultuationis authores, cum multa plebe: ostendunt pontifici & clero sedes uacuatas, & inania consularium virorum subsellia: non expedire, necque protinus fieri posse: ut tanta community sine publico consisteret concilio: testes uocant presule cum canoniciis suae destitutionis desolationisque a senatu: qui sua sponte, non fugatus, non extrusus inde discesserit: opus esse nouo creando concilio: quod illius auctoritate & directione periperet. Pontifex vir modestus, coepit molli oratione pretendere populo, quantum esset mali, duci temeritate, non consilio regi: re que esset inchoata, nisi prudenter consulere, uergere ad perpetuum inclytæ urbis excidium: quod intestino malo periculosius urbs intus ureret, quod posset foris, ab ipsis hostibus impugnari: Proinde si suum sequerentur consilium, se paterno in eos esse affectu, qua illis affectione super omnia consuleret, abstineant ab nouo creando senatu: suum sibi senatum honestis rationibus sinant reconciliari: in qua rem omnes suas operas polliceri. Ceterum nouo creando nulla uia incuberet, quod Ro. regem, & omne regnum, simul etiam uicinas & longinas ciuitates, temerario in se facto, & precipiti consilio, concitarunt: paci consuleret, & suarum rerum tranquillitatim: omnia illis in integro esse, si modo patiatur pacis interuenire consilia. Commonit platem mansueta pontificis oratio: Sed non sunt passi proficere, quibus ambitio gerendi magistratus imperabat. Itaque respondet pontifici: Qui contemptu urbis, ciuiumque sua sponte cesserint, lege conscientie signum prebetes, reuocari non posse: testimonium solu ab illo & a canoniciis requirebat, quod uidissent subsellia uacuata. Illico a tabellionibus & publicis personis documenta petuntur suæ protestationis. Episcopus nihil proficiens rediit in sua. Illi nulla interposita mora, creaue re nouum concilium. Designati proconsules; nominati consulares. Aderat temerarius quidam ex ordine sacerdotum; qui presumpta, quam non habebat

Discrimen tegumenti capitum.

Patrii dorsibus se includunt.

Pontificis ad populi orationem.

Commonatur regia indignatione.

Ambitio ad magistratus impedit.

Nouum concilium creatio.

authoritate in sedes duxit adulterinos proconsules, cum consulib<sup>o</sup>, tempore ex illo cœperūt quasi legitimū gerere magistratū.

+XIII.

Erpsit longius hoc malum. Nam pernicie exempli exciti uicinis

s Wismarienses & Rostockcēses, suis senatibus coepere authorita-

tem imminuere: cōstitutis utrobic<sup>z</sup> sexaginta uiris: qui capiēdis

cōsilijs & rebus gerēdis interessent. Tolerabile primo uisum, admittere ci-

ues: ut sint cōscij rerum gerendarū: sed insoluerūt per licētiām. Nam au-

dacia crescente, primū in urbe Rostockio, publicū cōcilium ciues destitu-

erūt: in eius locū alios sublegētes; nec impune erat bonis uiris, administra-

tione abstinere: suis se domibus continere, in publico non uersari. Nam

nouii magistrat<sup>o</sup>, ne uiderent sine causa administrationē arripiuisse: ueteris

cōcilijs participes, alios urbe ejciunt; alios publicis carceribus inserūt. Sic

pro libidine noui cōsules cuncta gessere. In Wismaria paulo modestius

agitur. Destituerūt quidem & illi senatū sed non ultra sequierunt: cōtentī

q̄ publica abstinerent ierum moderatione, suis priuatis intenderēt. Eam

urbicor<sup>z</sup> audaciā, cum prīncipes Magnopolēses, Iohānes & Albert<sup>o</sup> fra-

trueles, indigne ferrēt: suor<sup>z</sup> aduocato procerum non cōtemnendo nume-

ro: ita tñ, ut pacati inermes incederēt, Wismaria primū petiere: nouū ad-

uocauere urbis cōciliū: sciscitati, qua se authoritate rebus administrans

dis in sua urbe ingererēt, destitutis per temeritatēm qui antea rem gessis-

sent: Quas causas rebus immutādis p̄tēderēt? Dum illi responsa parāt,

promiscuū in urbe uulgas coepit tumultuari: discurrere per urbem: arma

circūferre: Incertis clamorib<sup>o</sup> omnia perturbare. Veritī prīncipes, ne uul-

gas pelagus indeclinabile uir<sup>o</sup>, turba sine cōcilio, aliquid in se ac suos ten-

taret, quod non facile reformaretur: stratis iumētis intermittētes que cōe-

perant Wismaria excedūt: nec breui indignationē ponūt, cogitātes quo

ordine perturbationē reuocēt in trāquillū. Lubicēses ciues tum aduersus

Ericum ducem Saxonie educūt q̄ opidum Molne, dudum Lubicēsibns

impignoratū, ui recopisset; arbitrat<sup>o</sup> in perturbatione ciuitatis, nihil esse

penſi apud nouos gubernatores, de his que foris gererēt. Sed Lubicē-

ses omni qua poterāt suor<sup>z</sup> ui egressi, ducem in opido oppugnarūt: effe-

runtq<sup>z</sup>, ut inde ejcerēt, profugientē in sua. Sed ille ubi uidit opidū tutas

ri non posse, immisso igni, ipsum incēdit: ut impliciti restinguēdo incēdio

fugientem sequi omitterēt. Incendio restinēto, ducūt Lubicēses in Raze

burgum: id quoq<sup>z</sup> opidum cum arce impugnare statuētes. Sed opidani

uiribus freti, obuiam prodeūt, ante opidum pugnam cōserturi: cum nec

dum magnū Lubicēsium agmē se ostēdisset, cōtulerunt manum: sed ubi

mai<sup>o</sup> accessit agmē peditū, retro pedē ferre sunt coacti: in opidū per pon-

tem festinātes: eum cum ingens multitudo, magna mole pressisset, subse-

dit: multis ciuibus in lacu dimeris. Inde arcē Ritzero w: q̄ eam noxiā si-

bī sensissent Lubicēses demoliuntur; illo quoq<sup>z</sup> respectu, q̄ eius dñs Ber-

gerdorp, per incuriā, ut dixim<sup>o</sup>, amississet. Sed uicinē urbes, Luneburgū,

atq<sup>z</sup> Hāburgum q̄ suis rebus & publicis commodis oportunū crederent

G ij

Tumult<sup>o</sup> pl<sup>o</sup>  
bis i uicinas  
Lubice<sup>o</sup> ur-  
bes.

In Rosto<sup>o</sup> klo  
fit nouus cō  
sulatus.

Wismarie de  
stituit senat<sup>o</sup>

Wismarie  
vulg<sup>o</sup> tumul-  
tuar.

Lubicēn ir-  
Ericū ducē

Opidū Mol-  
ne oppugna-  
tur.

Pōte fracto  
mergū q̄  
plures.

presidium, denuo cōmunierūt; imposuerūtq; tutādis finib⁹ manū prom̄ptorum militum. Rediū tamē postea idem fortaliciū in man⁹ militarium qui inde nomē habuerūt; maximoq; malo nostris temporib⁹ inde excitato; dum Lubicēses idem fortaliciū, ab eius nominis militaribus emissent, fratresq; adulti pro impubere germano legitima tutela fungētes, omni iure diuenderēt. Impubes aut̄ ad legitimā perueniens etatem: cum sua parte rescindere cōtractū niteretur: nec paterētur emptores: Ille militari manu, ne dicā latrocinali, uindicauit in omnes itinerantes: Nulli etati, sexui, uel ordinis parcens: Spoliati, capti, uulnerati plurimi, sacerdotes, uirgines, mercatores: & infelici multor⁹ sorte, renouata sunt in publicis uījs mala: quae ante diu quieuissent: dum multi per illum compita, & secreta itinera perdocti, usq; hodie latrocinantur.

CA. XV.

